



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Dominica XXXIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

DOMINICA XXXVIII.

QVÆSTIO CIII.

^{† Quartio} *Quid præcipit Deus in † Tertiō
præcepto?*

RESP. Primum, ut ministerium Euangeli & ^{* scholæ} Ecclesiæ festa conferuentur ^a, vtq; ego cum alijs tum præcipue festis diebus studiosè cœtus diuinos frequentem ^b, verbum Dei diligenter audiam ^c, vtar Sacramentis ^d, precibus publicis meas quoque preces adiungam ^e, pro facultatibus aliquid conferam in pauperes ^f. Deinde, ut in omni vita à prauis actionibus vacem ^g; Domino concedens, remotis peccatis, vt per Spiritum Sanctum in me suum opus faciat ^h, atque ita sempiternum illud Sabbathum in hac vita exordiar ⁱ.

^a Deut. 12. 19. i. Cor. 9. 14. b Heb. 10. 25. c d Act. 20. 7. e Ps. 68. 27. f i. Cor. 16. 2. g Esa. 58. 3. h Exo. 31. 13. i Esa. 66. 23. Hebr. 4. 1. 10. 11.

DOMINICA XXXIX.

QVÆSTIO CIV.

^{† Quinto} *Quid nobis iniungit Deus in † Quar-*
^{to} *præcepto?*

RESP. Ut parentibus, atque ad eo omnibus qui nobis præfunt, de-

bitum honorem ^a, amorem ^b, & fidem ^c præstems, nosque ipsorum fidelibus præceptis & castigationibus, ea qua par est obedientia submittamus ^d: tum etiam, vt eorum via & mores nostra patientia toleremus ^e, illud semper cogitantes, Deum nos illorum manu velle ducere ac regere ^f.

^a Malac. 1. 6. Eph. 6. 2. 3. i. Tim. 5. 17. i. Pet. 2. 18. i. Tim. 6. i. Leuit. 19. 32. b Matt. 10. 37. i. Thef. 5. 12. c Prou. 28. 24. Tit. 2. 10. d Prou. 6. 20. 21. 22. Eph. 6. i. Hebr. 13. 17. Rom. 13. i. Col. 3. 22. Prou. 1. 8. Prou. 15. 5. e Gen. 9. 24. Prou. 30. 17. Prou. 23. 22. i. Pet. 2. 18. f Eph. 6. 5. i. Pet. 2. 13. Rom. 13. i.

DOMINICA XL.

QVÆSTIO CV.

Quid flagitat Deus in † Quinto ^{† Sexto}
præcepto?

RESP. Ut proximum, neque cogitatione ^a, neque verbis ^b, neque gestibus ^c, nedum factis ^d, vel per me vel per alium ^e, contumelia afficiam ^f, aut oderim ^g, aut lædam ^h, aut occidam ⁱ; sed omnem vindictæ cupiditatem abiiciam ^k, adhæc, ne me ipsum lædam ^l, aut sciens in aliquod periculum coniiciam ^m. Quocirca etiam, ne cædes fierent, Magistratum gladio armant ⁿ.

^a Zach. 8. 16. 17. b Matth. 5. 22. Eph. 4. 31. c Gen. 4. 6. d Num. 35. 16. 17. 18. e 2. Sam. 12. 9. f Psl. 15. 1. 3. g Leu. 19. 17. h Leu. 24. 19. i Leu. 24. 17. k Leuit. 19. 18. l Eph. 5. 29. m Matth. 4. 7. n Gen. 9. 6. Exo. 21. 12. Mat. 26. 52.

QVÆ.

